reçu le 2 janv. 1733.

Expavis [illegible]

Traditus ad aquilas

n.° 99.

Post ea quæ chirurgus dixit de tumoribus quid adhuc peteretur.

Dolent Diæresis & exæresis et stupent aliquid reliquisse de tumoribus extirpandis, aperiendis & cauterisandis: & petentibus vobis quid relinquitur ipsa exæresis respondebit.

Omne pessimum cum suis tolli radicibus necesse est.
omne quod bonum fieri non est spes.
omne quod trahit vicinis partibus malignitatem.
omne quod dat mole sua lesionem partium.

Quorum omnium et qui aliter curari non potuerunt tumorum extirpatio debet esse penitus, valde penitus et toto penitus, primo penitus ne novo germine malum fiat pejus priori, valde penitus ad nervos ossa &c. et toto penitus usque ad sanguinem

Quo, qui, quomodo, unde &c. tædium esset vobis hæc enumerare quæ tam scitis et hoc mihi parvi petitæ videtur esse rei

Est & in tumoribus humor qui copia et pondere sua sæpe sponte maturus evacuatur, vel profundiori carcere suum erumpere parum valens evacuari velle indicat de quo clamat diæresis

si non exeat, Ego illum gladio expellam, igne [illegible]
petra destruam et non erit ex illo quidquam

Jam vero qui cauterio, qui ferro aperiuntur hic labor hic
opus est vita et mors hic sæpe latitant et
hic est & ubique anatomistam esse chirurgum
necessitas: et hæc paucis.

Solidarum partium tumoribus aperiendis si nullus
adsit nervorum, venarum majusculorum et
arteriarum tumor ferrum benigne lædens
aperiendum distinguens operatur secure

in illis vero quibus tumor nervos inter membranas
tendines, venas majusculas, arterias, aliasque
partes spargitur quarum incisio periculo est
functionis partium & aliquando vitæ ignis
est aliquis et non flammeus qui mali tabernaculum
urat et humorem penetret, atque tunc natura
fortior ejiciet improbum etiam quod aperiret
citius si ita necesse est pater domicilium mali
destruet. Neque dubium est ferro trepidantibus
ægrotis, chirurgis parum securis, tumoribus
difficile aperiendis cauterium illo prestantiorem.

fateor equidem expertorum chirurgum leniter
incisis tegumentis partibus quarum tumor est

Scientes vitalis, sapienti ferro ad tumorem usque tumoris feriendum aliquando devenire posse. Sed aegroto quantum doloris, chirurgo quantum fortunae.

Praestat igitur si medicamentis emollientibus humor ex se non egrediatur ferrum quaestu timendum tumori etiam cauterio praestare, pluribus secundum necessitate et convenientibus magnitudine et socio.

Duris etiam tumoribus quicumque sint et quocumque modo induraescerint, cauterium convenit sine praejudicio extirpationis si ita expedit quod ego ipse expertus sum in homine rustico aetatis 30 annis quem collo scrofulato, duobus in inferiori tumoris parte cauteriis et aliquibus internis remediis integre curatum ostendere possum.

Mense aprili praeterito tumor erat in occipiti adolescenti aetatis 14 annis durus et adhaerens pericranio magnitudinis ovi communis hunc cauterio sex decim diebus integrum consumpsi non sine multis doloribus et laboribus: at non tangere tantum et verberare, sed evellere et occidere sanitatis inimicum chirurgia est, et hoc si bene fiat totum est. Multa adhuc sed parum promisi et cui non est audacia praemii satis erit si tot astos inter avium cantus trochuli garritum audiatis

Haec scribit [illegible] chirurgus B[illegible]

A Monsieur

Monsieur Morand

de la société royalle

de Londres Chirurgien

en chef de la charitte et

secretaire de l'academie de chir

urgie St Dominique pres la rue

taranne. a Paris